



# **CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]**

**Petrus <de Natalibus>**

**Lugduni, 1508**

Jncipit p[ro]logus noni libri.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)



## Liber

librum vnum. Homelias origenis. xxviii. in hie remia et ezechiele ex greco in latinum conuertit. Item de questionibus veteris legis. Homelias in canticis canticorum. ii. Commentariorum in epistola pauli ad galatas li. iiii. In epistola ad ephesios lib. iiii. In epistola ad titum librum. i. In epistola ad philemonem lib. i. Super genesim librum vnum. Didymi librum de spiritus sancto ex greco in latinum vertit eloquiu. In lucam homelias origenis. xxxviii. In psalmis a decem vsq; ad. cxvi. tractatus septem. Capitul machi monachi gesta descripsit. Contra rufinum aquileensem. presbyterum inuectiuas plurimas. Ad beatum augustinum epistolas multas. Item librum probemiorum super libris diuine scripture. Ad heliodorum exhortarium. Altercationem luciferiani et orthodoxi. Ad eustochium de virginitate seruanda lib. i. Ad marcellam epistolarum lib. vnum. Commentarios in ecclesiasten plures. In chridion in psalterium. Aduersus heliachim librum. i. Et opuscula alia aduersus hereticos quod plures. De mansionibus filiorum israel lib. i. et alia innumeravolumina ad edificationem ecclesie catholice sua pietate composuit. Et pene oes libros noui: ac veteris testamenti commentatus est.

De sancto Antonino martyre. Cap. cxxxiiij.



## Antonin<sup>o</sup>

martyr apud palentiam ciuitatem passus est. Qui vnus fuit ex sacra legione thebeorum et socius beati mauritij martyris. Qui de placetinis finibus egressus per orientales prouincias pertransiuit: et multa

miracula fecit. Demum ad urbem suam rediens ab infidelibus tentus et capite cesus glorioso martyrio coronatus est. Cuius corpus ignotum diebus beato sauinio ipsius ciuitatis episcopo reuelauit. Apparuit enim vir splendidus: qui ostendit ei: ubi iacebat sancti martyris corpus: qui etiam formam corporis et membra et annos militie et nomen et caput abscisum signauit: vnde cum quoque plenum eius sanguine pro testimonio seruatum inuenerit. Et ut ipsum corpus ex eodem loco leuare: et digno sepulchro condere deberet admonuit: qui euigilans visionem clero et populo referauit: et in loco ostenso fodere custos precepit: ubi sanctum corpus sicut episcopo ostensum fuerat: per omnia inuentum est. Quod dum leuaret gutte aliique sanguinis ex eo profugerunt. In cuius translatione cum solus ibi esset sauinus episcopus sex alij episcopi apparuerunt: qui essent: vel vnde venissent omnibus ignoti. Leuantes ergo corpus martyris posuerunt in sepulchro sancti victoris episcopi. Qui alias inuicta sua spiritu prophetico predicauerat:

## Nonus

quod post eius obitum maior eo in ipso tumultu quiescere debebat. Sepulto quoque corpore episcopi plures illi qui apparuerant subito discedentes nusquam visi fuerunt: sicque sanctum corpus condigna reuerentia considerunt pridie kalendas octobris.

De sanctis victore et urso martyribus. Cap. cxxxiiij.



## Victor et ursus

martyres passi sunt in gallijs castro salodoro. Hi fuerunt ex gloriosa legione thebeorum: cuius mauritius dux exercitus in clytus. Qui pro dei ris supplicis excruciatum: sed celesti lumine coruscante: ruatibus in terram ministris erecti. Deinde in ignem missi: sed in nullo penitus lesi. Nouissime gladio consumati sunt pridie kalendas octobris: ut ait adeo in suo martyologio.

Explicit liber octauus.

## Incipit prologus noni libri.



## Nonus liber pre

sentis catalogi continet in se passiones et gesta sanctorum quorum festiuitates occurrunt infra tempus: in quo ecclesia representat preparationem filiorum: qui fuerunt ipsius ecclesie defensores: quales fuerunt sancti martyres. Hoc autem tempus est a kalendis octobris vsque ad kalendas nouembri. Et hoc sub figura sanctorum machabeorum: quorum tunc libri leguntur: qui uti sancti martyres pro fide: sic et illi pro lege dei vsque ad effusionem sanguinis rutiliter decerrarunt. Ad ipsius ergo temporis festa pertractanda percurrendum est. Notandum autem: quod quia sancti machabeus: videlicet mathathias et eius filij: qui inter sanctos testamenti veteris connumerantur: nullas certas in anno festiuitates habent: eo quod eorum dies obitus sunt ignoti. Idcirco in principio huius libri premittuntur: eorumque gesta pertractantur: quia eo tempore eorum libri in ecclesia dei leguntur. Acta etiam quorundam aliorum sanctorum eiusdem machabeis contemporaneorum: quorum similiter festiuitates certos dies non habent: prefatis machabeorum in seruntur hystorijs: ut sanctorum onie et symonis eius filij sacerdotum et martyris eleazari.

Finis prologi.